

THEOLOGIE MYSTICA.

卷之三

MONITA PRACTICA PRO DIRECTORE

EX OPERE CUI TITULUS:

DIRECTORIUM ASCETICUM,

R. P. JO. BAP. SCARAMELLI SOC. JES.

DESUMPTA ET EX ITALICO IN LATINUM TRANSLATA.

Opus regum
compositum. Myrrinae. Aetheroleum. Compositum habet signis diversis
diversa. Partes, qui subtiliter. In operibus et aliis.
Quidam etiam artificia sunt fructus diversi, quae non esse ab
esse. Significare, proutque est. Quoniam conseruare ratione ad
excusas in hoc etiam. Accidit, ut inveniatur regnum. ex quicunque
Diversor, inter nos obstat. non potest nec discipuli non
percedunt. si operis. —————— Hoc videlicet operis
resta ruribus et in omnibus habet.

EX TYPOGRAPHIA H. V. DE SURCY ET SOCIORUM,
IN VIA VULGO DICTA DE SÈVRES, 37.

Cum Tali Scenarii Procedere — ad hanc strivit illud auctor.

1848

1040

WILLY BRECHT IN DER DRUCKEREI

中華書局影印 1990 年本

www.diccionariospain.com

2013 RELEASE UNDER E.O. 14176

AD LECTOREM.

The best way to do this is to make a list of all the things you need to do, and then prioritize them based on importance. You can also break down larger tasks into smaller, more manageable steps.

P. Scaramelli, Societatis Jesu, qui seculo proximè elapsus vivebat, primos inter Mysticæ doctrinalis et experimentalis Magistros meriti connumeratur. Duo editit Opera, verè aurea, sub titulis: *Directorio ascetico* et *Directorio misticò* (*Directorium id est asceticum* et *Directorium mysticum*). Quæ Opera reapsè unicum et completum Opus efficiunt, universam complectens *Mysticam Theologiam*. Geminum hoc Opus dividitur in *Tractatus*, qui subdividuntur in *articulos* et *capita*. Cuilibet demum articulo dant finem *Monita practica* quæ, ait ipse Scaramelli, *plusquam reliqua omnia conferre solent ad securum in hac via spirituali animarum regimen; ex quibus Director, unico quasi obtutu, eruere potest iter discipulo suo peragendum, et opportunas simul contra pericula inibi occurrentia cautelas ad manus habere.*

Directorii ascetici autem Monita practica ad calcem Theologiae mysticæ inserenda censuimus, utpote que mirificè Opus P. Schram complent et perficiunt. Duo sic habebuntur in uno Opera, quæ duobus includuntur solummodo tomis, dum P. Scaramelli Directorium asceticum quatuor et Directorium mysticum, duobus voluminibus constat. Neminem igitur fore speramus qui Appendicem nostram non agnoscat utilem.

Cum Pater Scaramelli Opus suum italico scripsit id iomate,

illud in latinum erat vertendum : ad quod mihi venit in auxilium *Georgii Tangl* versio , quæ in lucem edita fuit Brixinæ anno 1764.

Hic ponere juvat verba Scaramelli quibus exponit rationes et motiva que illum ad Directorium asceticum edendum induxerunt. Ex his apprime noscent Directores spirituales, quanti sit momenti *Theologia mystica et ascetica* studium, in omnibus quibus incumbit regimen animalium.

« Occasione sacram Missionum , ait Scaramelli , quibus magnam vitę mee parlem impendi , sepius accidit ut incliderem in animas bonas , dociles , sed tam donis et inclinatione nature quam instinctu et impulsu gratiae valde dispositis ad magnos in christiana Perfectione progressus faciendo , dummodo inveniissent expertum Directorem , qui ipsis in hac via non minus ardua quam periculosa ducis officium exhibuisse. Quapropter magnum gloriae Divinae incrementum et animarum salutē non exiguum utilitatem accessuram duxi , si in lucem ederem Directorum quoddam asceticum , in quo , sepositis extraordinariis quibusdam alte contemplationis viis , per quas Dominus Deus animas quasdam sibi dilectas ducere solet , Directoribus modum quedam , quo penitentes suos ad Perfectionem per vias usitatas , planas et tritas gratia ordinaria dirigant , veluti dixi monstrarem. Per illas enim potius animarum Deo verè dævororum pars incedere solet : addendas simul etiam semper doctrinis , ut Theologi loquuntur , speculativis censu esse institutiones practicas , utpote quæ ad securum et utile dictarum animarum regimen multum conferre possunt. Si etenim in Patribus spirituibus resideret plena et practica notitia omnium illarum viarum per quas aditus ad perfectionem patet , quaecumque personam facile

manuducerent, dummodo illa culparum lethatium vinculis libera et immunis inventa fuisset. »

Ex his appetit quam pauci existant libri , sive ascetici , sive

mystici, verò ususles, inter tam mullos qui de rebus asceticis aut mysticis tractant; quam multe sint animæ, Perfectionem viam querentes, quām verò pauci Directores qui eam ipsis ostendere noscant; quālē denum utilitas futura esse possit omnibus animalium Rectoribus *Theologia mystica.*

Notata res digna videtur quod eodem ferè tempore, et Schram in Germaniâ, et Scaramelli in Italâ, iisdem impulsu motivis, idem omnino adlaborabant et edebant Opus, formâ tantum et titulo diversum.

A me sciscitaberis forsitan, Lector carissime, quare Schram *Theologia mysticae Institutiones*, non autem Scaramelli *Directoria denuo typis mandaverim*, cum hic *Directorii ascetici Monita practica* utile apponere crediderim. Quare tandem *ascetici* non eliam *mystici Monita* in *Appendicem* dederim. Hec mea sit responsio. Quod ad partem attinet speculativam et doctrinalem *Theologie mysticae*, id est ad expositionem et dilucidationem Principiorum, methodo clariori, eruditiori, breviori procedit Schram; quoad verò partem hujus scientiae practicam et experimentalem, eminent Scaramelli. Solùm denique *Directorii ascetici monita* hic pono, quia sufficiunt tibi, benevolè Lector, quae tradit Schram de *mystica*; quae autem apud eum de *asceti* desiderantur, hac tibi dabat Scaramelli in suis *Monitis practicis*. Opus igitur tibi completestimum et præparis practicum offero, cui nullum aliud simile reperire tibi erit, cum Schram *Theologie mysticae*, Scaramelli adjungam *Theologie asceticae monita practica*.

Ut ex *Monitis* illis aliud quasi Opusculum ab Opere Scaramelli distinctum efformare possem, quedam mihi mutanda venerunt, quæ ad formam, non ad substantiam pertinent. Insuper, et brevitatis et discretionis causa, historias illas omisi de quarum *authenticitate* ac *veritate* non satis constat; eas autem refinui quæ ab auctore gravi ac fide digno narrantur.

Certò equidem in *Monitis istis* quedam tibi occurrent, benignissime Lector, quæ jam aliis verbis, alio stylo exarata in scholis et corollaris *Theologie mystica* legeris. Sed haec erunt tibi in confirmationem et non parum grata, cum duos videris Scriptores, lingua, regione, moribus diversos, sibi invicem ignotos, in iisdem tamen principiis consentire. Multò autem plura in *Monitis* invenies quæ non habuisti in *Scholis* aut in *Corollaris*. Vale et pro me Deum precare.

EDITOR *Theologie mystica*:

D.-O. SCHWERTFEGER.

Pretoriariorum ac Missionarius apostolicus, in SS. Theologia Doctor, Canonicus honoratus Augustensis et Mauritanus, Parochus in Roile.

TRACTATUS PRIMUS.

DE MEDIIS ET ADMINICULIS CHRISTIANÆ PERFECTIONIS.

§ 1.

MONITA PRACTICA PRO DIRECTORE CIRCA ESSENTIAM, INSTRUMENTA ET GRADUS PERFECTIONIS CHRISTIANÆ.

Monitum primum. In presenti articulo solummodo quedam annotanda ventum circa tres diversos Perfectionis status *incipientium* scilicet, *proficientium* et *perfectorum*. De *incipientibus* diximus, totam corundem curam in vivids adhuc, et rationis imperio rebellibus animi inclinationibus edomandis ponendam esse; nec dari in iis adhuc ad virtutes exercendas facilitatem alacritatemque. Et tamen incedit Director subinde in *incipientes* tam servidos in orationibus, tam avidos corporis castigationem, et tam promptos ad obedientiam ac ut ipsorum victorianam, ut in eis mortua videantur *vita omnia*, et extincta omnes concupiscentia: Director vero his non nimium fidat nec magnum de iis existimationem concipiat; quia non omne, quod splendet, aurum est. Omnis illa promptitudo, quæ isti in opera bona feruntur, est pulchra quedam virtutis species, non tamen vera virtus; cum originem suam unicè debeat gratia cuidam sensibili, et consolationibus quibusdam spiritualibus, quibus ad bonum extimulantur. Virtus est facultas ad producendos actus bonos, sed aquista per continuum exercitum ejusmodi actuum, ac tam firmiter in animâ radicata, ut inclinations contrarias jam debilitari ac depresserit: ita ut haec nullam amplius aut modicam tantummodo adhuc vim habeant, voluntatem ab arrepto recte et piè operandi tramite abstracthendi: in quounque deinde statu sive consolationis sive ariditatis hec inventetur. Verum haec omnia non acquiruntur nisi inter pugnas, tentationes, labores,

ac multas et eximias sui ipsius victories. Hinc veram virtutem reperire non est in *incipientibus*, qui ad ceterum nullorum et gravium conflictum probati nondum fuere. Quapropter Directori hic invigilandum, ne in formando de suis *incipientibus* iudicio decipiat, ac ne in fervidis eorumdem principiis multum confidat.

Monitum secundum. De *proficientibus insinuavimus*, eos malas inclinations jam magnâ ex parte devicisse, ac de virtutum exercitum totos intentos esse. Nihilominus occurrunt Directori quidam *proficientes*, qui in statu illo passionis vehementius exagitantur, quam quandam ad initium vite spiritualis, immo magis quam quicunque demum *incipiens*: detegit in iis summam difficultatem et extremam repugnantiam ad coquus viri exercitum. Sed id ei peregrinum esse non debet; cum tota haec conflatio ordinariè originem suam non trahat ex naturali constitutione ejusmodi animarum; sed solum ex impugnacione externâ demonum, spiritualem prefectum eis invenientum, et ex singulari perversione Dei, maiorem earundem Perfectiōnem desiderant. Scire itaque Directorem oportet, dari animas verâ pias et Deo valde fideles, quas Dominus in statu quadam doloribus pleno, quem purgationem passivam sensi appellant, reponit, ut sie in virtute magis expoliantur. Relaxat Deus eam stygia catenam, permittens ut eas vexet horrendis variis generis tentationibus, quales alii Fideles communiter experiri non solent, et insuper relinquit passionibus mīrā licentiam ad rebellionē: omnia haec autem, at animas illas in tam diris conflictibus fortiter pugnantes magnis virtutibus dūtentur, quarum op̄ postea ad sublimem Perfectiōnem, immo multe earundem etiam ad gradum quendam infinitus contemplationis assurgant. Legantur in vitâ S. Maria Magdalene de Pazzi, nos illa passa sit in lacu leonum, in quo Deus eam posuerat; (huc quippe erat ipsa illa purgatio, de qua in præsens nobis serm̄ est) et in animâ prius tam bene disposita, et per tantus Extases sublimesque visiones, a Deo tam excelsis favoribus benignissimè cumulata, tam seva passionum tempestas, ac tam horrendus tentationum assultus invenietur, ut sola eorumdem lecito tenuerū compunctionis affectum provocet. Quare caveat Director, ne sibi sinistram fornet ideam de *proficientibus* passionum conflictu exagitatis; sed tales eos repulet, quales ante exortam illam tentationum tempestatem erant; immo meliores eos existimet, cum utilias, ex internis his conflictibus in animam redundans, plane ingens sit.

Monitum tertium. De *perfectis* diximus, ab iis omnes malas

inclinations jam esse superatas, culpas leves non admitti, cum facilitate actionis charitatis exerceri, eosque Deo conjunctos vivere. Haec omnia tamen in sensu sano et recto intelligenda sunt: numeris quippe precedentibus jam stabiliū geminam hanc veritatem: *primo*, in miserabilis hac terra neminem hominum tam perfectum esse posse, ut nullum omnino perverse appetitionis motum, ac ne minimam quidem appetitus sensitivi rebellionem experiar; *secundo* non reperiā personam spiritualem conscientiam tam puras et illibatas, ut nullius unquam peccati venialis labe contaminetur. Et hinc Perfectio Sanctorum etiam sublimissima cō reducitur, quod in his passiones utpote jam subjugatae valde tenerulae moveantur, ac rursus faciliter et cito superentur; et quod peccata levia ab ipsis commissa non omnino plene delibera sunt, ac postmodum per consulta sancta et meritoria opera statim iterum experientur. Ita rem bene intelligit P. Suarez, L. iii, de Relig. c. xiii, num. 22; et docet S. Augustinus, I. 6. de Perfect. justit. Ingredi sine macula non absurde ille dicitur, qui ad ipsam Perfectiōnem irreprehensibiliter currit, carens criminibus dannosibilis (qualia utique sunt illa, que cum plena advertentia ac deliberatione perpetrantur). atque ipsa peccata venialia non negligens mundare eleemosynis etc.

Status praesens nostra Perfectiōnis, ut docet Angelicus, nequidem exigit ut Deo conjuncti vivamus per continuum omnino ac nunquam interruptam amoris exercitum: talis enim Perfectio beatæ patriæ, non lubricia huic via propria est. *Alio autem est Perfectio*, quia attendit secundum totalitatem absolutam diligentis, prout scilicet affectus secundum totum suum posse, semper actualiter tendit in Deum: et talis Perfectio non est possibilis in viâ, sed in patrib. 2, 2, q. 184, art. 2, in corp. Ut nos perfecti nominemur et simus, sufficit, si Deo cum facilitate et alacritate tantum conjugamur, quantum occupationes, peregrinationis hujus tempore, ab eo nobis imposito concordant ac admittuntur.

Multo autem minus status Perfectiōnis nostra termino quadrum, ultra quem procedere non possemus, constringi potest; cum evidens omnino sit, quenvis mortalium in Perfectiōne et posse, et debere semper crescere: et si perfectus jam sit, majori cum amore ad Perfectiōnem illam, que ipsi deest, aspirare: hoc enim, teste S. Bernardo, statutus sit Perfectio a quibus requirit: *Inde fessum proficiendi studium, et fugis conatus ad Perfectiōnem Perfectio reputatur.* Epist. 233. Totam itaque hanc doctrinam paucis comprehensurus dico, statutum Perfectiōnis presenti vita proprium illum esse, in quo motus appetituum sunt leni, remissi et rari,

ac insuper cum facilitate et alacritate superantur; in quo peccata venialia non committuntur cum plenitudine deliberationis, et in quo anima magna cum agilitate, ac quantum possibile est, continuo sese Deo conjungens, majori cum ardore et conatu, quamquam unquam alias ad culmen Perfectionis aspirat.

Monitum quartum. Si Director institutiones suas animabus regimini suo commissis utiles esse desideret, studeat semper eas perficere in eo statu, in quo tunc temporis actu consistunt; nec exigat ab iis Perfectionem statu sublimiori: sciat illis compati easque perficere in rebus, qua iis desunt, semper memor, neminem plus operari valere, quam proprie vires ferant. Id, quod documentum est S. Bernardi, *De vita solitarii: Ab omnibus Perfectio exigitur, licet non uniformis. Sed si incipi, incipe perfectio: si jam in profectu es, et hoc ipsum perfectio age: si autem Perfectionis aliquid attigisti, te ipsum in te ipso mete: et dic cum Apostolo: non jam quod apprehenderim, aut perfectus sum; secur autem, si forte comprehendam, in quo comprehensus sum etc.* Verba aureis plane litteris digna. Predicatos tres Perfectionis status, et discrimina quae inter unum et alterum intercedunt, eum in finem fusius declaravi, ut Director eosdem in discipulis suis discernere sciens, quemlibet juxta vires et statu sui conditionem, cum prudentia et dexteritate ad Perfectionem dirigere valeat.

§ 2.

MONITA PRACTICA CIRCA PERFECTIONIS ACQUIRENDE PRIMUM MEDIUM, QUOD EST EJUSDEM PERFECTIONIS DESIDERIUM CONTINUO EXCITANDUM, ET CIRCA RATIONES QIBUS TALE DESIDERIUM EXCITARI ET AUGERI POTEST.

Monitum primum. Cum animabus in Perfectionis semitam inducendis Director cum prudentia et dexteritate ac ordinante procedat: secus desiderium finem non oblinebit. Si Director aliquam animam ad Perfectionem perducere cupiat, in ea voluntatem et cupiditatem serio ad illam entendi ante omnia suscitari debere, superiori insinuavimus, suppedatis etiam motibus ad suscitanda ejusmodi desideria conducibilibus: quoniam in his revera totum fundamentum consistit, cui reliquum spirituale edificium

superstrui oportet. Notandum hic attamen, nullatenus omnes animas ad spiritualem hanc culturam dispositas repertiri. Si penitus peccatis gravibus involutis, aut pravorum affectuum et perversorum occasionis laqueis vincitus reprehendatur, hand dubie ita preparatus non est ut ei de Perfectione sermonem fieri juvet. In hoc statu prius laborandum est ut lethalia peccatorum gravium vulnera curentur, ac anima vite gratia denuo restituatur. Quo facto providendum ut illa in firmam et perfectam sanitatem stabilizatur: prorsus prout medici procedunt; utsi qui preprimitis ab infirme graves morbos expellere; dein primum morbi reliquias tollere, ac vires consolidare student. Imitetur Director Christum Dominum, qui, ut dicit S. Ambrosius, *instar pii æque ac prudentis medicis primo putridis animæ nostræ vulnera sanat, quatenus eam ab impudicitis abstracti, ac ab eis aliorum gravium criminum caccitatem removet, et tum demum pedentem ad Perfectionem montem perducit.* *Prius enim unusquisque sanandus est, ut pandat virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideo quemque in inferioribus sonat, hoc est a libidine revocat, injuriam cœrari avertit: ad vulnera nostra descendit, ut usu quadam et copia sua nature, comparicipes nos faciat esse regni coelestis.* *Hom. in c. vi. Luca l. v.* Si vero ponitens per longius tempus innocenter vixit, aut postquam, per infortunium, peccatorum gravium se reum fecit, seria emendatione et intenso dolore transgressiones suas delevit, tunc Directori eudem ad sublimiori Perfectione inducere, ac ut hoc suaviter contingat, etiam remedia quedam qualitati persone congruentia eum in finem impendere incumbet.

Monitum secundum. In predicto casu jam, si nempe anima innervatur laqueis culparum mortalium expedita, atque ad ulteriorem progressum profectumque in virtutibus christianis disposita, Director diligenter inquirat, utrum illa internè a Deo ad maiorem Perfectionem impellatur, aut utrum solo statu gracie contenta de alio ulteriori progressu nihil omnino cogitet. Si in illa anima revertat motionem quamdam Spiritus sancti, eam ad opera bona incitantis, tunc ei nil aliud faciendum incumbit, quam consilii suis sufflando, primas illas scintillias excitare, ad ascendenda viva Perfectionis desideria, quæ cum tempore, prout in aliis accidit, ardentes charitatis flammæ producere possunt. Si deinde anima repperitur languida et frigida, nec cogitationes suas ulterius extensens, quam ad hoc, ut in nullum peccatum grave labatur; tunc Director suarum partium esse judicet, eandem aliquo remedio, aut quâdam industria ad majoris boni desiderium stimulare;

Deus enim, si per se ipsum operari nolit, ad sanctissima desideria in penitentis corde suscitanda forsan ipsius operā uti decrevit. Multis, omnium totius retroacta vita peccatorum confessio cum firmo emendatione propositum ac aercebo de peccatis dolore deposita, magna Perfectionis principium fuit. Ego ipse plures personas novi, que, eis longiori tempore dissolutam vitam duxerint, post confessionem, ut aiunt, generalem, taliter immutata fuerunt, ut non solum ad statum magnae Perfectionis, sed etiam ad gradus valde elevate contemplationi ascenderint. Remedium tamen magna ordinariū, et ferme semper, ut mihi videtur, in usum deducendum est illud, quod capite precedenti attigi, et de quo paulo post fuisi loquar, id est, plurimum meditationum usus. Et ratio est manifesta; desideria etenim Perfectionis sunt dona Dei, et quamvis Directorem oporteat varias adhibere artes ad eadem in suis penitentibus excitanda, ad Deum tamen perficit per illustrationes mentis et inflammations voluntatis, eadem humanis cordibus infundere. Quapropter inter alias industrias a Directori ad penitentium emanationem adhibendas hec nunquam omittatur: quoniam si exercitium hoc amplectantur ac in meditationum usu constanter perseverent, ipsos certò non solum in desideriis, sed etiam in ipsis Perfectionis operibus quotidiana incrementa sumere videbit.

Monitum tertium. Si Director desideret, personam quamlibet secularum, quæ ad id disposita videbitur, viam spiritu⁹ ingredi, nequamquam ipsi statim de Perfectione instituatur sermo: quandoquidem ejusmodi propositionibus persona seculares terri solent: tum quia Perfectionem christianam ad sese nullo modo attingere, sed exercitium solis mulieribus Religiosis, et Monachis proprium esse autem, tum quia eam quā rem arduam, tristem, fastidiosum ac intollerabilem sibi prafigurant. Consulere potius, ut usi ipso et exercitatione eos ad Perfectionem, absque quod de ēt vel verbum dicat, cum dexteritate inducat; eis persuadeat ut quasdam ex sanctis illis industrias, de quibus numero precedenti disceruinus, in usum deducant; ubi dein viderit, Deum incipere sanctis eas cogitationibus excitare et pīs affectibus ad desideria majoris boni accendere; tum poterit aperte procedere ac illis ob oculos ponere obligationem, quā etiam ipsi ad Perfectionem statui suo convenientem aspirare tenentur, et arte ad suscitanda in eorum cordibus similia desideria uti. Ut Director autem veritatem hanc sibi plenē persuasam habeat, recordetur doctrinæ, quam S. Gregorius, in Hom. 36 in Evang., tradit, ubi ita scribit: *Hoc distare, fratres charissimi, inter delicias corporis et cordis solet, quid*

corporales delicias, cùm non habentur, grave in se desiderium abundat: cùm vero habita eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra, spirituales delicias, cùm non habentur, in fastidio sunt; cùm vero habentur, in desiderio; tanibique amplius a comedente exsuntur, quantò ab esuriente amplius comeduntur. Procurat itaque Director ut penitentes remedii superius propositis Deum gustare, et quedam virtutis saporem ac aliquod eamdem consequendi desiderium persentire incipiunt; et tunc ad consecutionem convegientis eidem Perfectionis aperte eos stimuleat.

Monitum quartum. Advertat Director Perfectionem nullatenus eamdem esse in omnibus, ideoque omnes per eamdem viam, aut eodem modo dirigi non debere. Alia est seculularia, alia Religiosorum Perfectio. Alia Perfectio exigitur a pueris, quam sibi soli attendere oportet; alia requiritur a muliere matrimonio juncta, qua rei familiaris curam gerere et marito satisfacere tenetur. Imo diversi Religiosorum status viis diversis ad Perfectionem tendunt. Sic si Carthusianus ope predictionis animas ad Deum convertere vellet, nullatenus operaretur juxta Perfectionem sua Religionis, quā ei vita mere contemplativa prescribitur. Et si Sacerdos Societas Jesu continuo solitarius in cubiculo suo permanere, ac hominum aspectu nunquam subire vellet, non operaretur secundum Perfectionem sui Instituti, utpote quod vitam contemplationis et actione mixtam exigit. Quapropter Directorem cantum esse oportet ac pervigilem, ut discipuli vite pīe initium dantes mox oculum fugant in Perfectione statu suo propriā, ac ad ejus consecutionem tantummodo desideria sua dirigant; ne statim a principio deviare incipiunt, ac de eorumdem fervore et alacritate implorat illud: *Bene currunt, sed extra viam.* Id quod ex eo magis fugiendum, quod errores ab initio imbibiti altas in animo radices agere, et omniā quasi correctionis impatiētes fieri soleant. Huc etiam pertinet amputatio inutilium ac infructuosorum desideriorum, etiam si in res sanctas tendant: prout sunt e. g. si incipiēns desideret conversionem populorum, reductionem idololatrarum ad sanctam fidem, aut alia ejusmodi, quae cum præsenti vite statu componi non possunt: haec enim desideria cor totum occupant et desideriis carum rerum, que in præsens ac vīte emendationem necessariis sunt, locum præcipiunt. Haec omnia tamen intelligenda sunt de desideriis illis, quibus cor continuè et stabiliter occupatur; nam quædam transcentia tantummodo desideria nullum dampnum inferre poterunt.

Monitum quintum. Si jam in corde pönitentis Perfectionis desideria oriñ incipient, Directori attendendum est, ne nimium ab eo exigat, quasi uno die eum ad Sanctitatis fastigium elevere vellet: secus enim nimium nemp expetendo omnia perdendi periculum incurret. Eum in finem sibi notet, pro consecutione Perfectionis cuivis statui proprie necessarium non esse, omnia omnino remedia adhibere, sed sufficere, si aliqua applicentur. Homo crescit virtutibus, prout crescit corpore, insensibiliter et minutatim; aut prout arbor in medio campi ante omnium oculos invisibiliter crescit; ita ut augmentum, quod ei quotidie accedit, non quotidie, sed post longius sollempmodo tempus observari possit. Quapropter Directorem, maximè in principio, cum discipulis suis prudenter uti oportet; ne accessus a Deo in eorum cordibus primas desideriorum scintillas extinguit, potius quam vehementius inflammet.

Sancta Theresia de se ipsa testatur, quòd postquam Deus animam suam ingentibus favoribus cumulare incepert, ipsa perfítissimo spiritu Magistro tanquam securò vie illius duci totum cor suum aperiendi occasionem et desiderarit, et obtinererit. Quamvis jam Pater spiritualis, in quem incidit, fuerit homo sanctus ac valde expertus, cum tamen in eā dirigenda, debita cum moderatione ac prudentiā non procederet, nec consilia, que suggerebat, cum viribus ejus spirituū committeret, ea omni prorsus fructu frustra sunt; nec Sancta hæc, ut ipsa fatetur, illum unquam factura fuisse profectum, si sub ejus régimine semper perseverandum fuisset; eo quòd imprudens illud regimē in ejus anima nullum præter actionem animi producet effectum. *Vita c. xxii.* Si itaque Director in regendis suis pönitentibus errare nolit, nunquam plus ab iis exigat, quam communicat ipsi a Domino Deo spirituū vires portare valeant; plus enim moraliter loquendo reapse facere non possunt; onus superius ei imponere ad aliud non servit, quam ad illos sub nimio onere opprimendum; ita pönitentibus castigationes vigore, quem gratia subministrat, superiores imponere, non ad aliud quam ad eorumdem spiritum omnino suffocandum serviet.

Monitum sextum. Ex dictis capite quarto Director intellexerit, primariam zeli sui fervorem eō intentum esse oportere, ut in discipulis suis desideriorum proprie Perfectionis nunquam tepefiat, sed ut vivum potius semper conservetur ac ad maiorem Perfectionem continuo extendatur: deficiente etenim tali desiderio pedetentim in priorem statum primæve sue tepiditatis relaberent.

tur. Ut tanto autem malo, si discipulis suis in illud aliquando incidenter, opem ferre queat, nunc signa quadam proponam, ex quibus dignoscet poterit, num discipulus quondam fervidus et progressus sui avitus in suo fervore topescere incipiat. Dixi, *quadam* me signa propositurum; omnium etenim pertratatio longiorem sermonem requireret.

Primum signum, et quidem clarum ac manifestum Directori suppedebant res spirituales: si enim pönitentis voluntas languescere incipiat, incipiet etiam exercitia spirituū, putè meditationes, orationes, librorum piorum lectionem etc. omittere aut ex levis momenti rationibus decurstart, aut sine applicatione et cum fastidio, magis ex consuetudine, aut humano quondam respectu, quām proprie utilitatis desiderio, in iis se detinere. Examina conscientię, que prius cum magno doloris sensu peragebat, aut pratermitit, aut valde oliter et sine ullâ emendatione, institut. Ad Sacramenta accedet invitus, minus frequenter et sine fructu. Ad inspirations divinas et conscientias remorsus sese insensibiliter exhibebit, emendationem mali, aut executionem boni, in aliud identidem tempus differendo.

Noxiter attamen Director vitiōsum tempore ab utili quādam siccitate, quam Dominus Deus, personis spiritualibus, probandis aut purgandis, sepius immittit, rite discernere. Verum est, tam in siccitate, quām in tempore omnem rerum spirituallium saporem et sub sensu cadentem affectum omnino derperi; hoc attamen intercedit discrimen, quid in siccitate, cessante affectuum suavitate, voluntas officio suo non desit, imò majori cum diligentiā debito suo satisficiat: dum interim in tempore cum affectibus etiam voluntas deficit, utpote qua in spirituū et virtutum exercitis sese negligenter et socordem exhibet. Ita ut siccitas sine omni culpā incedat; tempor autem infinita quādam imperfectionum et peccatorum levium multitudine involvatur. Videamus id clare in orandi, aut meditandi exercitu: certum est, tam in siccitate quām in tempore, evanescere claram quādam lucem ac suavem quādam gracie divinę motionem: in una casu aequa ac in alio, anima arida ac jejunia remanet: verumtamen si in solis siccitatibus statu constituta sit, consuetas meditationes nec deserit, nec decurstart: evagationibus animi intercipi sese non sinit; sed cogitationibus suis, ad Deum iterum convertendis, solerter invigilat: et si cor eius affectus sensibiles elicere non valeat, saltem voluntas siccus quodam modo eos elicit. E contrario persona in statum temporis delapsa, cùm in orationibus suis pabulum non inveniat, eas aut omittit,

aut decuriat; mentis distractionibus aut inhæret, aut languide resisit; et coram Deo non minus voluntate, quam corde arida comparet.

Secundum signum subministrabant Directori actiones externæ: quoniam si discipulus prius solitudinis amantem sese exhibuit, illum postea ab eā alienum videbit. Videbit illum, in res exteriōres effusum, foris inter relaxaciones, ineptas locutiones, rerum novarum narrationes ac vanas curiositates querere consolationem illam, quam miser in exercitiis spiritis intus non amplius persentificat. Dum prius corporis et sensuum macerationem intentus erat, postea non sine dispernitum eum ad verba otiosa, ad carpendas aliorum actiones ac ad oculos in quacumque rem circumferendos facilem comprehendet: adverteret, eum cibis, sonno et sensum illecebris nimium indulgere ac consueta pœnitentia opera omittere, inani pretextu reputantem, sese unico jejunio mox ad phthisin, aut aliquot flagrorum iictibus ad mortem usque deducendum. Verbo, clare cognoscet, cum ex spirituali, qualis erat, jam in carnalem degenerare.

Tertium signum Directori palam fiet, quotiescumque eidem colloquenti occasio sese officeret: quoniam non inveniet amplius illam sinceritatem animi, quam prius omnes cordis sui motus, bonos aquè ac malos detegebat; non observabit amplius illam animi demissionem, quia correctionibus sese subiecibat, nec obedientiam illam, quā consilia prorsus omnia executioni mandabat. Deteget in ejus interioribus quamdam affectionum perturbationem, non equidem violentiam, sed voluntariam, ex culpabilis voluntatis adhäsione ortam. Detegit quandam sūl ipsius existimationem ac quamdam vanitatem, fervoris refrigescens originem. Et forte etiam adverteret, cum jam inciperet non sine oblectacionis et affectionis sensu ad delectationes et bona illa terrena, que tam excuso olim animo deseruerat, respicere et anhelare.

Monitum septimum. Si Director in ponente suo aut omnia, aut aliqua salem ex predictis signis observet, non dubilet amplius quin omne Perfectionis desiderium in eo jam refixerit. Quapropter quantoctius illum a tempore liberare studeat, ponendo illi ob oculos rationes, ad pristina in ejus corde denuo desideria ascendenda valutas. Primum, ut mihi videtur, incitamentum debet esse illud a me superius adductum, quod nempe, si in tempore illo perseverarit, tam in rebus spiritualibus quam in virtutum exercitiis cum

regredi, ac intrà breve temporis spatium, illius quod longo tempore non sine labore acquiri debuit, jacturam facere oporteat. *Si enim*, ait S. Gregorius, *quod videtur gerendum, sollicitū intentione non crescit, etiam quod fuerat bene gestum decrescit.* In hoc quippe mundo humana anima quasi more navis est contra ictum flaminis condescendentis; uno in loco nequam stare permittitur: *qua ad imum relabitur, nisi ad summa conetur.* *Pastoral.* p. 3, c. 35.

Secundum Incitamentum illud sit, quod jam attigitur, animam nempe, si tempore illum non exsatiat, nec sese in proprii profectus desiderio denuo inflammare studeat, non solum illud, quod tantis laboribus jamjam est assecuta, perdituram; sed insuper sensim sine sensu in lapsus horrendos deturbandam, ac in peccatorum gravium abyssum precipitem agendam esse. Quandoquidem, ut dicit Cassianus, *Collat.* vi, c. 17, si inter servos Dei, quidam sanè lacrymabiles observentur lapsus, idem nequam praesentibus impuniti sunt causis, quae postremum eis impulsum dedere; sed præteritis potius negligentiis, quies, cum interiorum animæ virtutum vigor debilitaretur, rebellum affectionum verò et vitiorum robur augeretur, miseri diutius pedibus insistere non valeant. Quapropter qui stat, videat ne cedat. Si ponentes in tempore re-lapsus nondum occidit, Director illum retrahere studeat, ingens periculum ob oculos ponendo, ut per novam desideriorum quasi exilctorum inflammationem, in Perfectionis semiam reveratur.

Terrium Incitamentum, et quidem omnium efficacissimum erit, eidem considerandum proponere, animam a consenso quondam Perfectionis statu, in tempore et subinde in peccato gravius lapsus difficulter dein sese in pedes erecturam iterum esse. S. Paulus harum emendationem moraliter impossibilem esse asserit, *Heb.* vi, 4, 6. Cassianus opinatur, facilius ad frugem redire, et ad sublimissimum Perfectionis verticem ascendere posse hominem carnalem, quam Monachum aut quenvis alium, qui post conceptum aliquando fervorem ad pristinum frigus rediit. *Collat.* iv, c. 49. Cum his concurrunt verba illa, que Dominus Deus per os S. Joannis Apostoli in Apocalypsi in, 15 et 16, Episcopo *Laodicæa* nunclari jussit: *Utinam frigidus essem, aut calidus. Sed quia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.* Verba haec, ex Sanctorum interpretatione, exprimunt derelictionem, quam Deus animas in voluntate et desiderio Perfectionis tepefactas a se repellit. Cum S. Ignatius quondam cuidam sibi devotorum comparuissest, teste Nolarcio in *Vita*, c. 19, non abs ratione eidem dixit, *Beatos in celo, si afflictionis cuiusdam capaces forent, luctum induturos, ac instar pallidarum et mostistarum umbrarum tristū vultu hominibus*

apparituros, ad dolorem, quo afficiuntur, dum hominem in servitio divino fervidum ad tempeste redire cognoscunt, significandum; hand dubiē ob ingens, cui se præ omnibus aliis exponit, ejectionis divine ac perditionis æternæ periculum. Interea si Director advertat, discipulum tam fortibus ac potentibus incitationis permotum, ad cor redire incipere, de tempore suo dolere ac ad priorem suum statum denuo eluctari proponere, studeat Perfectionis desideria in eo rursus inflammare, pristinumque fervorem iterum excitare, modo mox subjungendo.

Monitum octavum. Carbo extinctus illo ipso igne rursus accenditur, quo primò fuit inflamatus: sic cupido Perfectionem consequendi et fervor ejus consecutionem urgendi eadem prorsus ratione innovabuntur, quā ab initio excitati fuerunt. Reveratur itaque ponentes tepefactis ad orationem: repetat usum Sacramentorum, Examinum et spiritualium lectionum: redeat ad custodiā sensuum et appetitionum surarum castigationem: præprimis autem resumat eternarum veritatum meditationem. Omnia hec attamen non obliter peragat, aut ex consuetudine; sed cum spiritu inferno ac vero profectus sui desiderio. Præcipue autem frequenter, et ex animo, sese Domino Deo commendet, ut animam suam gratie donis rursus corroborare et celesti lumine denuo collustrare dignetur. Interea Director ei animos addere satagit, proponendo omnes superiùs adductas terroris causas, solum in illis tepidis suum sortituras effectum, qui in lepros ignavi jaceret volunt; non verò in iis, qui primum fervorem refrigerescere passi, cum novâ fidilitate ad servitium divinum redire desiderant: imò hos tanquam amicos antiquos ac quasi familiares aulicos cum singulari amoris affectu a Deo suscipiendo. Sepius ei repetat praedela illa S. Bernardi verba, *Serm. 6, de Ascens.*: *Exsurgamus, obscoro, quicumque hujusmodi sumus (hoc est tepidi), resarciamus animam, spiritum recolligamus, objicientes perniciosam tepitudinem.* Præterea dicat ei cum eodem Sancto, si id facere nolit ob ingenitus dama ac gravia superiùs iam declarata pericula; id ei saltē faciendum esse, ut liberatur a tali scrupulis, conscientiae remorsibus, inquietudinibus et angustiis intermis, in illo temporis statu necessariò perferendis. Quid si verò omnia haec nondum sufficerent ad excitaenda in eo pristina profectus sui desideria, Directori vix aliud supererit, quam ut totum negotium Domino Deo commendet.

Monitum nonum. Incidet Director in quasdam animas, que proprium profectum nullatenus negligunt, sed ad ulteriores

vià Perfectionis progressus sese ipsas continuò urgent: et nihilominus sibi ipsi nunquam satisficiunt: videntur sibi nullum omnino progressum facere, imò regredi et a plantâ pedis ad verticem capitis defectibus et culpis plenæ. Ne Director in casibus his, qui etiam frequenter contingere solent, in errorem inducatur, cum prudenter procedat, et rei circumstantias bene discernat. Si prædictæ personæ ex illâ sui persuasione sinceram humilitatem, id est internam, quietam et pacificam animi demissiōnem eruant, cum modicâ existimatione et forsan etiam cum positivâ quâdam sui ipsarum despectione; nec perdant confidentiam erga Deum, sed in consideratione suarum misericordiarum illam potius augeant; tunc in optimo statu constituta sunt: quandoquidem sicut rebus suis contentum vivere, vanitatem, superbiam et tarditatem in virtutib⁹ operibus proginis; sic sibi ipsi non sufficiere, modo attamen mox dicto, in causâ esse solet, ut anima desiderioris suis ad Perfectionem, cuius sese adhuc expertem judicat, anhelet. Quam in rem dixit S. Bernardus: *Divina solet pietas ordinare, ut quantum quis plus proficerit, minus se reputet proficisse. De Modis orandi.*

Si verò anima e contrario ex malâ illâ sui ipsius existimatione diffidentiam, angustias pectoris, immodecum tristitiam et dejectionem animi eruat; tunc misera in maligno certè statu constituta est, in quo nempe progreedi hand poterit: consternatio etiam illa impedimentum est progressum, ac vinculum quo spiritus ligatur, refutetur ac retardatur. In casu hoc Director evincere studeat, ut discipulus ex defecatum et misericordiarum surarum cognitione non eruat contractionem pectoris, aut abjectionem animi, sed potius sinceram modestiam et demissiōnem, confidentiâ in Deo plenam. Cognoscat coram Deo nihilominus suum, confiteatur negligientias suas et quieto quodam pudore suffundatur: sed tantumdem spei simul in Deo reponat, quantum misericordia in se ipsa inuitetur: imò ipsa illa impotencia et debilitas ei sint incitamento totum sese Domino Deo certa cum fiduciâ committendi.

§ 3.

MONITA PRACTICA CIRCA MODUM PROCEDENDI CUM ANIMABUS SESE SUA DIRECTIONI SUBSIDIENTIBUS.

Monitum primum. In capite hoc propositum mihi non est regulas tradere circa variorum spirituum discretionem; quandoquidem materia hac paucis concludi foliis nequaquam posset; sed integrum

potius volumen requireret. Modum Directori solummodo suggerere intendo, quo ei cum discipulis suis procedendum erit, si regimine verè proficio eos gubernare desideret. Sit itaque *Monitum primum*, Directori animas suorum pontinentium sibi et Superis lucraturo viscera charitatis assumenda esse. *Induite vos, dico hic cum S. Paulo, Coloss. iii, 12, viscera misericordia.* Recogitet, primam vocem, quā penitentes in pedes prostratus sessi compellat, esse verbum pater, quasi indicare vellet, erga sessi non debere viscera indui severi judicis, aut inexorabili tyranni, sed amantissimi patris. Infixum sit animo, cor humanum non aceto, aut felle rigorū, sed suavi potius melle charitatis attrahi : illo fera bestia domari, hoc autem corda hominum alicui solent. *Tales sese, qui presenti, exhibeant, ati S. Gregorius, Pastoral, 1, 2, c. 3, quibus subjecti occulta sua queque pandere non erubescant : ut eam tentationum fluctus parvuli tolerant, ad pastoris mentem, quisi ad simon matris recurrent : et hoc, quod se inquinari pulsantis culpe sordibus prouident, exhortationis ejus solatio, et lycrymos orationis lavent.* Verum est, subinde moderatum quendam rigorem adhiberi oportere ad expugnandam duritatem eorum, qui lenitate vinci hand potuerunt, aut ad exercendas quadam animas, qua necessariā ad sustinendas ejusmodi probationes virtute instructe sunt; medium attamen ordinarium affabilitas esse debet: haec enim, experientia teste, plurimū utilitatis afferre solet.

Monitum secundum. Caveat Director, ne vel minimum horroris signum edat, dum penitentes tentationes suas detegunt, quantum turpes, impie, aut in summo eliam gradu horrende sint: tum quia pauperculi de viā ordinariā nullius omnino culpa rei sunt; tum quia secus operando omnem eiā fiduciam tollerat ac guttur occluderet ita, ut aperiendas ejusmodi res nunquam amplius sat animi habituri essent. In vitā S. Bernardi legimus, Sanctum hunc ab initio minus tolerantem fuisse certarum non voluntariarum debitum, quibus fragile corporum nostrorum figurum subiectum est, ac a quibus nequidem homines solitari, vel maximē etiam austeri, exempli vivunt : ex quo non modicus in Monachis secutus est moros. At postea errorem hunc animadvertiset, misericordiā affici et consolari eos copit mansuetudine illā, quae mellifluo ejus cordi insita innataque erat. Si Director igitur in simile forsitan erratum prolapsus fuisset, illud corrigerre satagat, ne ducu suo, pontinentibus molestus et inutilis solet.

Hic silentio præterire non possum factum quoddam a Cassiano relatuum, *Collat. ii, c. 13,* cùm multū efficacitatis habeat ad hoc,

ut ad eorū redeat, quicunque ad ejusmodi immoderationes proclivis esset. Juvenis quidam Monachus tentationibus carnis vehementer exagitatus, ac propterea etiam ultra modum afflictus, ad semper quendam Monachum se contulit, solati et remedii obtinendi spe misericordia suas candidi eidem aperturus. Hic illum auscultavit; et cum illum in tam gravi tribulatione consolari ac ad pugnam animare debuisset, vocem econtra copit elevare, miserabilem pronuntians et indignum, nec Monachū nomine et professione censemūt, qui potuerit hujusmodi vitio et concupiscentiā titillari : ita ut juvenis miserandus animo omnino dejectus ac in horribilem desperationem prolapsus fuerit, statuque relicto tam coenobio, quam ejus Instituto ad sæculum redire, sequentem in modum ratiocinando : si Monachus esse non mereor, ad vitam profanam, quā prius duxi, rursus revertar. Et haec animo versans civitatem versus iter arripiuit. Opportunè tamen accidit ut iter faciens incidaret in fidem illum Dei famulū Abbatem Appolinarem, qui eum mestum et melancholicum videns, obviā ei factus, in tante melancholie causas inquirit : cū autem morioris violentiā actus nihil omnino in responsis daret, suaviter interrogando Abbas tamdiu instituit, donec omnem rei successum ei suam saeculi repetendi voluntatem manifestas faceret : tum prudens et charitate plenus Abbas ei animos addit, inquiens quid nihil omnino timeret ; quandoquidem et ipse, quamvis ad exacte propre statim terminos jam consisteret, quotidie similibus molestiis affligeretur : tantummodo in Deo spem suam positam haberet : utpote qui eum in culpam incidere nunquam passurus, cum tempore autem ab omni etiam miseria liberatus esset ; et tandem eundem induxit, ut per diem saltem adhuc secum in cellā remanceret, interea temporis, discussa turbarum caligine, aliam seruiremque cordi lucem orituram sperans. Quo facto, sanctus Abbas in sensi illius imprudentis coenobium sese conferens, antequam cubiculi ejus limen attingeret, ad Deum preces fudit, ut ipsos illos carnis stimulos, quibus mensus ille affligebatur juvenis, Monachum illum experiri sineret, proprāque eum experientia doceret, miserandas ejusmodi alterius vices non objurgandas, sed dolendas esse : vix orationi finem fecit, cūm ecce in Monachum illum ab athio ignita quedam jaacula emitti consipicit. Postea autem videt infelicem illum ardenti vultu et insanienti similiē quāquāversus circuncursare; cubiculum modo deserere, modò repelere ; et tandem tentatione victum urbem versus itineri sese accingere, ad explendos nempe libidinis inflammatu astus. Tum sanctus Abbas obviā ei procedens, revertere, inquit, revertere in cubiculum tuum, et scito te a diabolo nunquam

adhuc tentatum fuisse, eò quid vel te in mundo esse nescierit, vel nullam saltem tui curam gesserit, nec te crediderit de numero illorum esse heroum, quos armis suis sibi expugnando proponit, cum ad primum statim tentationis impulsum prostratus jaceas. *Dicte itaque tuis exemplis, laborantibus condolere et periclitantes neququam perniciosa desperatione detergere, nec durissimis sermonibus asperare: sed potius levi blandaque consolacione revere: et secundum preceptum sapientissimi Salomonis eruere eos qui dicuntur ad mortem, et redire eis qui interficiuntur: nostrique Salvatoris exemplo arundinem quassatam non conterere et linum fumigans non extinguerre.* Factum isthac nullà prouersus explicazione indigit; per se etenim sat perspicuum reddit, quām ingenti periculo Director penitentem tentationis pulsatum exponat, dum eum non consolari et animare studet; sed potius temptationibus ejusmodi, cuiuscumque sint generis, offendī sese ostendit.

Monitum tertium. At si dein peccitens non tantum temptationibus pulsatus, sed in notabiles errores, aut etiam in grave peccatum prolapsus fuisset; uti subinde animabus vera Perfectionis studiosis accidere potest; tum Directori multo solerius invigilandum, ne in actus admirationis, acriores reprehensiones, aut imprudentem ardorem prorumpat: tales etenim tenera de cetero conscientia post lapsus suo ingentem animi dejectionem et gravem mentis agititudinem pati solent. Hinc, lenitate verborum, torpentes eorum animos excitari et ad spem erigi oportet. Et si, per infortunium, in manus Sacerdotis incident, qui iis viscera constringat, multo maiori timore et tristioribus pectoris angustis obrupuntur, ac grave periculum incurruunt viam Perfectionis omnino derelinquenti. Quapropter Director in his casibus consilium S. Pauli aripiat. *Frates, inquit Apostolus, Gal. vi, si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, eos, qui spirituales estis, hysmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne et tu tenteris.*

Monitum quartum. Si autem non obstante quācumque Directoris industria discipulis in culpis suis omnino insanabilem sese exhibeat, quid tune faciendum? Num ejusdem saltem, aut saltem Perfectio desperanda erit? Nequaquam, ait S. Augustinus, in Ps. liv, nam *Diabolus et Angelii eius in Scripturis sanctis manifesti sunt nobis, quod ad ignem eternum sunt destinati. Ipsorum tantum desperando est correctio, non hominum, utpote de quibus, certis et manifestis indicis compertum non habemus, nec scire possumus, num in defectibus aut peccatis suis sint perseveraturi:*

cum utique accidere possit, ut Deus gratia sua efficacitate eorumdem duritium frangat, et corda eorum tandem expugnet, ut idem Augustinus asserit, ibidem: *In eo, quid malus est quis eorum, utrum usque ad finem perseveratus sit, ignoramus.* Hinc dicit S. Joannes Chrysostomus. *Conc. i, de Laz.*, nunquam cessandum nobis esse a commiserationis affectione, sed potius novâ semper iterum ferenda auxilia, suggestiva consilia, et assiduum eorumdem emendationis desiderium demonstrandum: addit, instar matris plene pietatis tentandum nobis etiam esse, num suspiris et lacrymis placari non possint. *Dedisti consilium, nec persuasisti; illacryma: punge frequenter: suspira paululum, ut tua sollicitudo incutias illi verecundiam, itaque se convertat ad salutem.* Ante omnia autem, in ejusmodi casibus, ad orationis subsidium recursum est; cum animae emendatio, propriè loquendo, sit effectus non nostra industrie, sed divina gratia adscribendus. Per gratiam etenim Directoris lingua movenda. Per gratiam penitentis mens, ut consiliorum vim penetret, illuminanda. Per gratiam voluntas ad exemplum consiliorum illorum excedenda. Et per gratiam demum eadem exequendi vigor impertiendus est. *Gratia hac autem obtineri non solet nisi ferventi et sepius repetita oratione.*

Monitum quintum. Ultimò Director notet, hactenus inculcata cordis lenitati superaddendum esse patientiam in molestiis, quas penitentes Patri spirituali afferre consueverunt, perferendis. Pedibus ejus accidenti persona melanocholica, timida, dejecta, inquieta, inurbana, perturbata, fastidiosa ac prolixie in narrationibus suis. In ejusmodi casibus, in memoriam revocet dictum S. Pauli, quod nos Directores utope uberiori capacitate et majore firmitate animi dotatos præ aliis concernit: *Debemus nos firmiores infirmitates infirmorum sustinere. Rom. xv, 1.*

S. Bernardus scribit, *Epist. 69*, omne onus ac totum spiritualis Superioris laborem in patienter ferendis discipulorum infirmitatibus esse repositum: nam persona præclaræ virtutis, insignium talentorum ac multi spiritus dirigere non onus, sed levamen, non labor, sed relaxatio potius animi est. At ipsa hac tolerantia magna ex parte est ipsum ejusmodi agrotorum remedium.

Parum vero dixi, dum Directorem, sese patrem esse, cogitare jussi; oportuerit potius cum eodem Mellilio dicere, quid per suum sibi habere debeat, sese penitentium suorum malrem esse: quapropter deposita omni severitate et asperitate, viscera matris induenda, et singulari affectionum teneritudine cum filii spiritualibus agendum. *Discite, ait, subditorum matres vos esse de-*

bere, non dominos. Studete magis amari, quam metui. Etsi interdum severitatem opus sit, paterna sit, non tyrannica. Matres, foendo, patres vos, corripiendis, exhibeatis. In *Canticis. Serm. 23.* Verba sane præclara non lectione solùm, sed seriæ etiam consideratione digna.

Notet tamen Director, si cum mulieribus agendum, affectionem hanc spiritualem nequaquam patefaciendam, sed in cordis intimis potius abscondendam esse, ne Director iis, aut etiam sibi ipsi nimia affectionis occasionem præbeat. Sufficiet si debitan iis mansuetudinem exhibeat : prout matres prudenter prædictæ, ne filii insolenter sese efferendi ansam porrigit, non omnem, quam in tenero corde nutrunt, affectionem delegunt.

§ 4.

**MONITA PRACTICA CIRCA MODUM QUO LIBRI SACRI LEGENDI SUNT
UT PROFICUA PERFECTIONIS NOSTRE MEDIA FIANT.**

Monitum primum. Advertat Director, aliud esse librorum spiritualium studium, et aliud quid longè diversum spiritualem sacrorum librorum lectionem. Qui studio vacat, alium finem sibi non præfigit, quam illarum, quas legit, rerum intelligentiam : qui vero spiritualiter legit, erga veritates, quas legit, affici, illasque animo profundi imbibere desiderat, atque ut in usum dein deducantur, pro scopo habet. Finis studii est eruditio intellectus : lectio sacra vero piis affectibus perficere voluntatem, canique ad opera iis consentanea permoveare intendit. Unde dicit S. Augustinus : *Nutri am man tuam lectionibus divinis : parabis enim tibi mensam spiritualium, l. de Operæ monast.* Idipsum S. Bonaventura nobis insinuat : *Lectionibus dividis, inquiens, est anima nutrienda.* In *Speculo par.* 1, c. 31. Ut fortis nempe, ac robusta in virtutum exercitio fiat. Ut profundius autem, quidnam allegati sacri Doctores suis dictis nobis indicare intendant, penetretur; perpendi oportet, hominem mense assidentem, qui non nisi ciborum qualitates examinaret, dapno condilente notare, et tum quemam salubres, quemam nocive, quemam palato ingratæ, ac quemam sapide essent, decideret, chis sane non pascendum, aut ullum ab iis nutrimentum recepturum esse. Ut cibaria in conviviarum alimentum transire, ex labiis admoventi, dentibus communim, palato gustari, in stomachum transmitti, ac virtute digestivâ in propriam substantiam converti oportet. Ita omnino dicunt sancti Patres : ut

sacra effata, que in spirituali lectione quasi in opipara mensâ in animalium pubulum nobis apponuntur, nutritant, ac spiritus vitam nobis conferant, non sufficit, solo mentis intuitu veritas ejusmodi speculari, et tum sentientiam dicere de stylo, ordine, methodo, doctrina, et claritate, quibus a suis auctoribus proponuntur; sed voluntatem insuper ad eas applicari necesse est, ita ut hec illas, saporem gustando, delibet ac operis executionem esse animando usu ipso suas faciat : id quod S. Bernardum impulit ut diceret : *Si quis ad legendum accedit, non tam querat scientiam, quam saporem.* In *Specul. monach.* Ex his patebit ratio, cur multi, posse aquam totius, aut dimidiis saltem horum spatio sacra huic piae lectionis mente accubiture, affectibus aridi, bonis desideriis exercitati ac omni spirituali bono vacui et jejunii recedant; ut dicit S. Gregorius : *Muti legunt, et ab ipsa lectione jejuni sunt.* *Hom. 10,* in *Ezech.* Hi namque in sacris lectionibus scientiam, non saporem querunt, foliis inhant, non fructui; et licet a sacro hoc cibo pauperrim mentis et intellectus recipiant, nutrimentum tamen spiritus et voluntatis nequaquam reportant.

Monitum secundum. Quapropter ut persona pia et sacrâ lectione dictum nutrimentum bauriat, hunc in modum procedat : antequam ei initium faciat, mentem ad Deum elevet, ac protestetur sese non vanti sciendi curiositate, sed veri profectus aviditate lectioni vacuaram. Cum autem ad talen profectum superna lux et pia affectum motio omnino necessaria sit; has verò non natura nostrâ partus, sed divina gratia dona esse sciamus, amias a Deo postulet : *Loquere Domine, dicens, quia audit servus tuus!*

In vita gloriös Patriarchæ S. Dominici, narratur Sanctum hunc, cum in sacrâ familiâ Canonicerum regularium tyrocinium posueret, ex lectione libri, qui *Collationes Patrum* inscribuntur, eximiā cordis puritatem, profundam humilitatem, sincerum sui ipsius contemptum, singularem erga omnes alios reverentiam ac optimam institutionem tam ad contemplationem, quam ad virtutum omnium Perfectionem eruisse. At quemam fuit ratio, cur tantam utilitatem ex unius sololummodo libri lectione hauserit? Auctor ejus vita rei hujus rationem sequentibus reddit : *Librum illum, qui Collationes Patrum inscribuntur, studiosè legendum suscepit, deditque operam ut rectâ intelligentiâ comprehendere, affectu sentire, effectu et re ipsâ fortiter exequatur. Dicidit enim ex eo puritatem cordis, etc.* Theodosius de Appolloniâ, l. 1. *Vita ejus,* c. 4. Hinc qui e spiritualibus libris eosdem sibi fructus germinare cupit, pari illos affectione et intentionis puritate legendos sumat.

Monitum tertium. Discipulis suis Director insinuet, libros sacros non tantum oculis, menseque raptim et festinante perlustrandos, sed potius attente, maturè, considerate ac cum debitis morā ponderando esse, ut desideratus anima fructus inde enascatur.

Quapropter S. Ephrem sequentibus nos adhortatur: *Dum legis, non studeas duntacat libri folia evolvere; sed non piceat, bis, terque, ac sepius eundem repetere sensum, ut vim orationis intellegas.* L. de Patien. et Consum. Quae ultima verba de iis peculiariter periodis intelligenda sunt, que majoris momenti res continent, ac fortiores in pī lectoris animo impressiones faciunt: circa priora autem, scilicet: *Dum legis, non studeas libri folia evolvere,* bene notandum venit, in iis exprimi nonnullorum errorum, qui librum spiritualem ad manus habentes illum non legunt, sed de vorant, ac horam ad finem pervenientes vix expectare possunt. Horum lectio astivo imbris similis videtur, qui cum impetu erumpens velociter transit, et terre aquam imbibendi spatium non concedit; ac propterea si non inutilis, parum saltem proficus esse solet. Lectio spiritualis tenues potius imitandas sunt pluviae, que etiā lente decidunt, ima attamen terre penetrant, ac sinum ejus fecundant. Parum proderit legere multa, si non simul multū, bene scilicet et cum fructu legatur.

Monitum quartum. S. Bernardus, ad *Frates de monte Dei*, dicit, et sacrī lectione piam quādam sententiam seligendam ac secum asportandam esse, ut per diem ejusdem recordari a sic spiritū in Deo collectum servare possimus. S. Ephrem id ipsum suggesterit consilium, quod et insigni similitudine, quam ab apibus desumpti, magis perspicuum reddit: *Si lectio incumbas, instar sapientis apicula, mel ex floribz sibi colligentis, fructum ex iis, quæ legis, pro animi medelā desumito.* De recti vivendi Rat., c. 36. Quapropter Director discipulis suis insinuet, sacrī lectione finitā, Domino Deo pro luminibus et pīs affectionibus benignè imperitatis gratias agendas, ac tum sententiam quādam colligidam esse, que prius jamjam fortius animo impressa fuit; ut illum interdū sepius ruminari, imo attentius considerare, ac in ipsis sacris meditationibus profundius penetrare possint.

Monitum quintum. Curet Director ut posnentibus libros utiles ac indigentibus suis accommodatos legant. Dixi *utiles*: nonnulli etenim libri, etiā magnae molis, modice tamen sunt substantiae: alii intelligentie pascendae, quām voluntati movende aptiores sunt. Dixi etiam *indigentibus accommodatos*: nam aliqui libri incipientibus, ali

iis, qui jam progressum quendam fecerunt, ac iterum alii illis, qui velocius alii ad Perfectionis culmen tendunt, convenient. Quidam libri congruent illi, cui haec animi affectio dominatur; alii ei, qui alia mentis commotione vincit. Nonnullos magis movent libri historici, illisque magis proficiunt; alii autem doctrinis referit plus fructus afferunt. Quapropter bene consulet, si libros legendos ipse cuiusva assignet: praे omnibus autem invigile, ut lectio, prout superius dictum, non minus cum pietate et attentione, quām proprii prophetæ desiderio peragatur, juxta monitum S. Joannis Chrysostomi: *Igitur lectio vacuus eum magnā pietate et attentione, ut possimus a Spiritu sancto ad scriptorum intelligentiam duci, et multum inde fructum percipere.* Hom. 38, in Genes.

§ 5.

MONITA PRACTICA CIRCA MEDITATIONEM ET CIRCA QUASDAM IN EA OCCURRENTES DIFFICULTATES.

Monitum primum. Director intelligat necesse est, animam, quam ad christianam Perfectionem perducere desiderat, eō necessariò inducendam esse, ut quotidie quoddam temporis spatium solidis cujusdam fidet veritatis considerationi consecret. Poterit enim ipse quidem sacris suis exhortationibus et ponentis corde quendam defectum extirpare, aut pravam consuetitudinem elevare. At verbis suis nulatenus ei instillare poterit frequens, et continuum quasi virtutem et mortificationis exercitum, ad Perfectionem acquirendam tantopere necessarium: hoc namquā agienti timore et amore Dei pendet, qui, prout supra citatus ait Angelicus, ac ipsa demonstrat experientia, difficulter sine sacrarum meditationum subsidio in corde radices agunt. Non dico, meditationum ictum suadendum esse obvio cuivis rusticō, aut opifci, cui de mane in vesperam manuum operibus distento laudabili hunc exercitio sese impendendi et tempus deest, et modus. Hoc solū dico, illis eum insinuandum esse, qui, dummodo velint, sacris considerationibus quādam diei particulam consecrare absque singulari difficultate possint; præcipue personis innocentibus et bene moratis, in quibus divina gratia ob bonam, quam in eis reperit, preparationem multū operari, ac eximios in virtute progressus producere solet: uti et certis aliis personis, quibus Deus occasione Apostolicae Missionis, aut sacra concionis, aut, dum omnis anteacte vita noxas sacrā et generali, ut loquimur, confessione expiarunt, vehementiore animi dolore, aut solito firmius

vitam mutandi propositum instillavit: nam gratia Dei, meditandi studio nutrita et exculta inchoatum jamjam in hujusmodi animabus opus potenter perficit; praeprimis autem Religiosis et Ecclesiasticis, utpote qui divino servitio altiunde jam dedicati magis, quam ceteri proprie Perfectio invigilare, ac eam etiam uso meditationum promovere tenentur: has enim a S. Joanne Chrysostome appellantur *basis et radix omnis virtutis*, et rursus alibi *omnis virtutis caput*. L. 1 de orando Deum, et l. 3.

Monitum secundum. Directorem invigilare oportet, ne penitentes susceptum meditandi exercitum omittere incepient leviter pre-textu, et multo minus, mentis evagationum, tediolorum, ariditum et tentationum hujus cum Deo commercii tempore occurrentium causâ: si enim semel, atque iterum a dæmonie vincantur, ingenti se periculo exponunt, ne ad nuntium eidem in perpetuum remittendum inducantur.

Monitum tertium. Material meditationum, quam Director discipulis prescribit, ad cuiusvis statum accommodatam esse oportet. Incepientibus et in via purgativa herenibus convenient meditationes sanctum Dei timorem et vivum de culpis admisis dolorem ingerentes, ut e. g. meditatio de morte, de iudicio, de inferno, de aternitate, de turpitudine peccati, et alias similes; proficiuntibus, ac viam, uti dicimus, illuminatam jam ingressus bene congruent meditationes de vita et morte Redemptoris tractantes, quæ ad virtutis studium animos addant; perfectis, qui viam unitivam jam attigere, maximè consentaneæ sunt meditationes de Perfectiōibus et attributiōibus divinis, utpote que pra aliis idoneis sunt ad sacri amoris, quo Deo conjunguntur, flammas in eis excitandas. Hæc tamen meditationum divisio non impedit, quoniam quis possit, imò subinde etiam tenetur inhaerere meditationibus alteri exterquin statui propriis, præsertim considerationibus vite et mortis Christi, a quibus neminem unquam, in quocunque statu constitutus sit, omnino recedere oportet.

Monitum quartum. Circa mensuram, aut taxationem, quæ meditationes penitentibus a Directore præfundiendæ sunt, eum ad duo potissimum capita respicere oportet. Primum sunt occupationes, quibus discipulus detinetur; alterum autem qualitas ejusdem spiritus. Si oculos convertamus ad exemplum, quo circa hoc punctum Sancti nobis prælustræ, videbinus, eos in orationis interna studio indecessos fuisse. S. Bernardus erecto semper corpore stans, dies noc-

tesque integras in meditandis et contemplandis celestibus insument: ita ut, cruribus ob situs illius diuturnitatem intumescentibus, pedibus non amplius insistere posset. De S. Paulo primo anachoretæ dicit S. Hieronymus, in ejusdem *Vita*, eum orationi interiori ita addictum fuisse, ut etiam post ejus obitum cadaver adhuc rerum supernarum contemplatione immersum videretur; nam S. Antonius oculis et manibus in oculum elevatis eundem inventit, ac ab initio eum non vita exutum, sed ob profundam, que eum absorbusset, contemplationem sensibus destitutum eredit. Ex his et sexcentis aliis exemplis, quibus ecclesiastica historia passim abundant, manifestè deducitur, mensuram, quæ Sancti orationis interna mensi sunt, omnino absque omni mensurâ fuisse: nec id illi inconveniens erat, eo quod ex una parte statu sui officii nunquam defuerint; ex altera autem, fervoris et devotionis venia in eorum cordibus perennis et inexhausta fuerit.

Verum si in commune de omnibus sermo sit, quemvis certe uidam mensuram et taxationi, quæ meditandi tempus constringatur, adhære oportet, ut extinuerit excessus æquè ac defectus. Mensura hec autem ad meditantis imprimis officia conformanda est: id est, tanta debet esse cuiusvis dicti meditatio, ut proprii statu ac munera occupationes non impedit, ne caput nimium debilitet, aut vires corporis vehementius frangat; verbo, ut sanitati non officiat. Dein secundò oratio viribus spiritus metienda: id est, tandem producenda, quandiu viget fervor spiriūs: tum autem intermitienda, cum sine tactu ulterius continuari non potest. Ita docet S. Thomas, 2, 2, quest. 83, art. 14., in corp. Cum autem faciliter contingere possit, ut quidam, tempore spiriūs decepti, sibi ad prosequendam meditationem necessarias dispositiones deesse existimant: cum tamen multo cum fructu ulterius produci posset; alii verò quodam spiriūs excessu animati eam magis prolongant, quā corporis vires et proprii statu officia admittant; hinc regule illi generali valde utiliter addetur alia singularis, scilicet, quōd quovis sibi præfigendum sit integræ, aut dimidia saltem hora spatium singulis omnino diebus ita meditationi impendendum, ut nulla supervenientes arditas ei quidquam detrahere queat; quantumvis illa continuari, aut etiam repeti possit, semper tamen absque valetudinis, ac officii prejudicio, dum aura gratis favorabilior afflat, uti in more positum habuit S. Bernardinus *Sextensis*, et plures alii, qui quovis die meditationis horam nullo omnino eventu impediendam sibi proposuere. Erga personas tamen negotiis vacuas et vita morè contemplativa adductas poterit Director largiores aperire manus, ubioremque interna orationis, cou exercitiū eorum statu pre aliis convenientiis, mensuram concedere.

Monitum quintum. Tempora eternis veritatis ponderandis praallis opportuna sunt tria : matutinum nempe , vespertinum , ac medie noctis . Tria istae tempora omnia a S. Davide assignantur : Psalm. cxviii , 62 . *Mediâ nocte , surgebam ad confitendum tibi ; Psalm. lxii , 7 : In matutinis meditabor in te , ac Psalm. cxi , 2 : Elevatio manum mearum sacrificium vespertinum.* Si quis verò in uno solum illorum trium temporum meditationi vacare velit , optimum haud dubiè erit tempus matutinum ; tum quia post somnum vaporibus purgati , liberiores ac ad operationes intelligentiae magis idonei sumus , tum quia tunc mens distractantibus nos rerum terrenarum speciebus minus impeditur , eo quòd negotiis temporibus nequum manum admovevit , tum quia , si diem ab aeternarum veritatum ponderatione inchoemus , contra omnes subsequentius diei insidias prenunium ac armamur . Et Joannes Climaicus dicit , *Gradu xxvi : Da Domino prioritias diei tua : erit enim tota ejus qui prior occupaverit .* Qui insuper addit , quandam spiritu insinuam personam dicere solitam fuisse : *Ab ipso matutino tempore cursum totum meum diei scio .* Si quis verò debitum sacre meditationis tributum bis quovis die pendere cuperet , alterum tempus opportunum erit sub vesperum , nisi tamen majori suo incommodo somnum interrupendi , et noctu surgendi animus esset , ut scribit S. Cyprianus : *Recedente itea sole , et die cessante , necessariò rursum orandum est . De Orat. dom. Serm. 6.*

Monitum sextum. Si penitentis , meditationis tempore , spiritu solatus affici incipiat , is qui a confessionibus est , cum rite dirigere sciat , ne hujuscemodi pietatis sensus , utilitatis loco , ejusdem spiritu detrimentum aferant . Largitur Deus animabus , maximè in principio , consolations sensibiles eas , talibus illiciis ad solidarium virtutum exercitium animaturus . At multi iis ablutuntur , et medicinam , in venenum convertunt : suavitatibus his inharescent , et orationem frequentant non jam Deo placendi desiderio , sed spiritualis , quam experiri consuecant , dulcedinis cupidine . Unde si solita consolationes cessent , consequitur eos in inquietudines , tristitias , diffidencias et vituperabiles consternationes prolabi . Alios reperi est , qui totam spiritualis vita substantiam in hoc affectionem sensu reponunt , ita ut , si sese teneri hujusmodi affectibus plenos persentiscant , sibi ipsis multum proficisse videantur , et si bisce se destitutos videant , sese omnino perditos credant . Quapropter Director studeat incommoda hac vero Perfectionis progressui summe nociva prevenire , et si discipulum dulcedines , suavitates et fervores sentire intelligat , hanc summi momenti veritatem ejus auribus ingrat : Perfectionem scilicet non in hac rerum dulcedine ,

sed potius in interiori exteriorique mortificatione , ac solidarum virtutum exercitio consistere , et si haec negligantur , illum coram Deo eò culpabiliter fore , quò majori favorum copiā prius fuerit cumulatus . Dicat ei , sensibila haec illicia debilitatis signa esse , ideoque incipientibus , qui in via spiritus adhuc parvuli et infantes sunt , dari solere . Instruit illum , solatia hac nec perpetua , nec continua fore , ac post in tenebras et ariditates mutanda : idque eum in finem , ut has prævideat , ac in tempore ad eas sese preparet , nec iis supervenientibus consternatione , aut tristitia absorbeatur . Consolationum tempore Deus potius deprecandus , ut ariditatis succedentibus , nobis velut assistere , addito insper , orationem tunc non omitendi , et in veris virtutibus eadē alacritate nos exercendū promissu , prout Mellifluus nos exhortat : *Curabis poties , si sp̄s pro consilio sapientis , in die malorum non immemor esse bonorum ; atque in die bonorum non immemor esse malorum . Ergo in die virtutis tue nōli esse securus : sed clamo ad Deum cum Prophétâ , et dico : Cum defecerit virtus mea , ne derelinquas me .*

Præterea studeat Director evincere , ut anima harum prosperitatum tempore eximiā cum modestiā , profundaque reverentia coram Deo compareat . Idque moneo , quia haec spiritus prosperitatis imprudenti ejusdam fiducia in nonnulla mater esse solet ; dum iis in commercio cum Deo nimium animi , et quidquam quasi audacie instillat . Attendat etiam , ne penitentes gustu et fervore abruptus immoderata sese orationibus , vigiliis , jejuniis et penitentiis operibus dedat ; aliqui cum valetudinis præjudicio caput , aut pectus ledetur , et vires corporis nimium franguntur , prout mulius non sine gravi spiritu damno accidere solet ; et quòd inchoato semel cursum ulterius prosequi non possit . Hinc exigat ab iis , ut in omnibus sese aperiant ac dirigi patienter .

Monitum septimum. Si penitentis autem sese aridum et omni solatio destitutum videat , Directorem talium siccitatium originem investigare oportet : hanc triplicis generis esse Cassianus docet , *Collat. iv , c. 3 : Tripartita nobis super hac , quam dicitis , sterilitate mentis , tradita ratio est . Aut enim de negligentiâ nostrâ , aut de impugnatione diaboli , aut de dispensatione Dei ac probatione descendit .* Circa primam ex his causis videat Director , num mentis obscuritas et affectuum sterilitas quā anima dirigenda affligitur , originem trahat a culpis et defectibus notatu dignis , in quos ex solito majori negligentiâ decidit : aut ab extraordinariâ quadam spi-

ritus dissipatione, et a vani imprimis oblectatione ac superbia, utpote quae juxta S. Bernardum omnium frequentissime in causa esse solet, quod sensibili gratia a Deo nobis subtrahatur. *Superbia*, ait Serm. 54 in Cant., inventa est in me, et Dominus declinavit in ira a servo suo. *Hinc ista sterilitas animæ meæ, et devotionis inopia, quam patior.... Non compungi ad lacrymas quo: tanta est duritius cordis: non sapit psalmus: non levere libet: non orare detectat: meditationes solitas non invenio. Ubi illa inebriatio spiritus? Ubi meditatio serenitas, et gaudium, et pax in Spíitu sancto?*

Si itaque Director hujuscemodi defectus, quorum causa Deus sese abscondit, in ponente suo detegat, eorumdem emendationem omni efficacitate urget. Si vero vanitatem et superbiam in causa esse deprehendat, pro meditationum materiali assignet ei veritates perspicua sui ipsius cognitionem ingentres, ac tandem in iis continuari jubeat, usquecum in ejus mente humilis de scipso idea ac verus demissionis sensus producatur.

Circa secundam ex his causis notes velim, aridatum originem tum in demonem rejiciendum esse, cum penitentis ariditatis vexati spiritus vanis timoribus constringatur, scrupulis affligitur, diffidentias opprimitur, male fundatis apprehensionibus oppugnatur, impudicis tentationibus impeditur, aut aliis internis agitationibus turbatur; inimicus enim menti tenebras offundit, et pessimas suis infestationibus cor perturbat, ut orantem ad tranquillas, quietas et suaves gratia divinae impressiones recipandas indispositum reddat. Quapropter in hujuscmodi casibus illa media applicanda sunt, qua contra dictas diaboli tentationes aliae adhiberi et opportuna inveniri consieverunt.

Si dein Director in suo discipulo nec culpas notabilas, nec vanas oblectationes, nec diabolorum impulsorum turbationes agnoscat, spiritus aridus Deo attribuenda erit. Dominus enim animam purgaturus sepe molestam siccitatem immittit. Nec hoc mirum: si quidem anima in harum mensis obscuritatem et cordis duritiae medio constituta, et ab omni spiritus consolatione abstrahitur, et Deo non gustis in ea percipiendi, sed solius et puri in eum amoris causa servire assuetus: verbo, Deo sollemniter propter Deum familiari addiscit, et in hoc, si rem bene consideremus, puris ac ab omni questu remotus amor consistit. Præterea harum sterilitatum tempore, si anima sese fidelem exhibeat, vera, solidae virtutes comparantur. Tunc enim anima actus patientiae, mortificationis, humilitatis, obedientie etc. non elicet ut excitata motibus certi affectus sensibili, quem gratia cordi instillat, sed ipsis tantummodo virtutis impulsu: et hinc tunc producuntur boni illi habitus, qui actis radicibus animæ stabiliter inherenter, et quorum

ope anima in omnibus sive prosperis, sive adversis rerum evenitibus cum virtute operatur.

Quamobrem Directorem invigilare oportet, ne penitens aridatus tempore inquietetur, aut consternetur; ac omnium maximè, ne mediandi consuetudinem omnino abjectat. Curet ut sub potenti manu Dei sese humiliet, absque omni animi turbatione perpendiculariter et sincero affectu etiam confitens propriam impotentiam ac miseriam: ut firmitate Fidei, omnia a Deo in anima sua bonum ordinari credens, ad sacra eius voluntatem sese conformet: atque ut promptum sese offerat ad perseverandum in molestiis illis, toto etiam vita sua tempore, si id ad Auctoris sui gloriam, et animus sue profectum disponi contingere. Fortis animo in Dei bonitate confidat, sese a Deo in eternum non deserendum, nisi ipse hunc primus deseruerit: et humo in finem indubitanter sibi persuadet, Deum, eti concessum prius praesentia sua sensum subtrahat, ex oculo tamē assistere, defendere, protegere ac oculo vero paterno respicere. Hic notet Director, eosdem actus elicendos esse etiam tunc, cum anima, ob duas primas superioris assignatas causas, aridus, siccitas et tenebrae offunduntur: nam etiam tunc, cum spiritus sterilitas originem suam a propriis defectibus, aut impugnationibus demonis trahit, Deus hanc duritatem nulli, anima nempe puniuntur, aut purgantur. Quapropter sic tunc humilitate, conformitate et confidentia erga Deum opus est.

Personæ affectu afflictæ Directori sepius conqueruntur, se in oratione absque ullo affectionis sensu instar statuarum, aut saxonum persistere, sese non orare, sed in genia provullos muros tantummodo respicere. Ad hanc autem respondeat Director gaudendum ipsis esse, si in præsentia Dei statuarum vice fungi, et in hac formâ ejusdem conspicuti placere queant. Sanè istandum ille est, se in saxa obriguisse, dum illam cordis duritatem, si ad Dei voluntatem debito modo conformata sit, Dei oculis gravissimam esse sciunt. Persistant tantummodo murum intuentes instar militum in principiis sui obsequium vigilias agentium; dummodo tamen non omitant cogitare, se a Deo, in cuius conspectu sunt, videri, et meliori, quo possunt, modo studeant ad eum se convertere per actus voluntatis quantumvis siccios, violenter extortos, et, ut ipsis videtur, nullius valoris. Dixi, ut ipsis videtur, nam re ipsa actus aridi, quos his temporibus voluntas elicit, coram oculis Dei preiosiores sunt certi alii ferventibus aquæ ac suavibus, qui alii temporibus in appetitu sensitivo percipiuntur.

monita practica circa orationis tam mentalis quam vocalis necessitatem, efficaciam et conditiones.

§ 6.

Monitum primum. Ex dictis per praecedentium capitum decursum Director abunde intellekerit, primum medium, quod penitentibus contra quodvis malum, et quamlibet spiritu angustiam subministrari oportet, ac primum administricum, quod pro acquirendâ virtute, aut quovis alio spirituali bono semper suggestri convenit, in precibus ac recursu ad Deum reponendum esse. Fugam omnis mali, uti iam declaravimus, atque omnis boni, nature nostrae vices superant, adiectionem, divinae gratiae effectum esse oportet. Hanc autem gratiam adeo necessariam ordinariè Deus nulli alteri, quâm suppliciter postulanti elargiri solet. Quapropter si penitentis sit fragilis, ac in eodem sepius defectus relabatur, injungat ei ut Deo sese commendet. Si tentationibus impugnatur, aut propriorum appetitus impetu abripatur, præcipiat ut ad primam statim tentationis, aut perversa affectionis motionem a Deo subsidium flagitet. Si cum in hujus, aut illius virtutis exercitu tardum inveniat, insulcit ei, robur, ac vigorem precibus a Deo impetrandum esse. Si calamitatibus, insectationibus vel dubius affligatur, aut perplexus sit, imponendum ei est ut ad orationem recurrit. Commendet sese Deo in oratione tam externâ, quam internâ, dum divino epulo reficiatur, mane aquâ ac vesere. Verbo, continuò sese Deo commendet. Hoc etenim principale et securissimum vita spiritualis administricum est; siquidem continuatas preses seruit aut citius, optatus sequetur effectus.

Monitum secundum. Occurrent Directori persona quedam animi abieci, que, postquam quodam tempore intervallo pro extirpatione ejusdam vitii, aut adiectione ejusdam virtutis Deo supplicarunt, tandem animo cadunt, intra se, ac subinde etiam erga alios conquerentes, sese neque a Deo, neque a Sanctis audiri. Et quoniam timent, ne his mentis sue sensis in Deum injuriosi sint, addunt id nullatenus provenire ex defectu beneficentie Dei, quasi ei prompta succurrendi voluntas decesset, sed originem trahere ex propriis suis peccatis et iniquitatibus, quarum causâ exaudiri non mererentur. Et quod pejus est, perversum sibi habent, viles has

pectoris angustias sincere humilitatis virtutem esse. Cæcis his a Directore aperiunt sunt oculi et clare demonstrandum, hanc animi vilitatem non humilitatis virtutem, sed affectionem quamdam esse damnablem, a diuino corum cordibus immisam, ut eos ab orandi studio omnino abstraheret, aut saltem preces eorum efficacitate privaret. Versæ humilitatis proprium est, agnitione bonitatis divinae, animam ad tantò maiorem in Deum fiduciam erigere, quò profundus propriarum miseriarum cognitione fuerit depresso. Quapropter sensus animi spem evertentes nequaquam humilitatis, sed difflidentis et abjectas potius affectiones sunt, que preces enerant ac fructu destituent. Hinc veritatem hanc penitentes a Directore edoceri necesse est; tum verò in iis denuo stabilienda est fides, ob oculos ponendo superius adductum Angelici Doctrinam, Deum scilicet ad impertienda nobis beneficia suâ honestate, misericordia ac promissis inclinari, quantumvis nullum in nobis residet meritum; uti et peccatis nostris divinarum gratiarum fontem obstrui non posse, si firma et stabilis in Deum fiducia in nobis non desideretur. *Sola spes, ait Mellifluis, Serm. 3 de Annunc., apud Dominel miserationes obtinet locum, nec olevit misericordieponis, nisi in vase fiducia, in animâ nempe spe plena.*

Monitum tertium. Circa orationes vocales Directori notandum, majorem earundem copiam concedendam esse ei, qui ope orationis internâ in Deo sese colligere nequit, minorem autem illi, qui per ratiocinationem internam Deo facile intentus esse potest; siquidem, juxta S. Thomam, *Vocalis oratio non profertur ad hoc, quod aliud ignorat. Deo manifestetur: sed ad hoc, quid mens orantis, vel aliorum excitetur in Deum.* 2, 2, Quæst. 83, art. 12, ad primum. Jam verò indubium est, qui mentes dissipatis, praefatis quibus facilis est animi recollectio, magis hoc incitamento opus habeant; cum haec posteriores propriis considerationibus sese ipsas excient, ac in Deo recolligant. Hinc copiosior precium vocalium numerus assignandus est ei, cui ad medilandum habilitas, aut usus ac exercitio deest; et cumulatior orationis internæ mensura illi, qui meditando sese exercens pietatis pabulum invenit. Atque hoc modo Director cuiusvis capacitat, inclinationi ac profectui sese accommodabit.

Monitum quartum. Nonnullos reperire est, qui non modicam precium vocalium copiam recitant; modicâ tamen attentione ac minori affectione. Hi, etsi multum cum Deo loquantur, parum orant, atque ad hos dirigi videtur illud monitum Salvaoris,